HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.

Seite 56r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35480
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

huc tercium sunt. Quod spiritu sapientie afflatum in oratione precatur.
designatur quod aditum eternitatis per christum reseratum per pia uota mereatur.
In epistola uero per spiritum admonetur. ut christum pro se immolatum meditetur.
sine malicia et nequitia in sinceritate et ueritate uiuat.
et sic eternitatem adiri liceat. De qua promissione exultans
dicitur. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Deinde omnes
fideles ad laudem christi hortans subinfert. Confitemini domino q. b. q.
i. s. m. eius. De promissione uero angelice exultationis in alta iubilatur.
Pascha nostrum immolatus est christus. epulemur in azimis sinceritatis et
ueritatis. In sequentia autem iubilatio angelorum denotatur. qui de sal
uatione hominum letantur. Unde et in fine cantatur. astra. solum.
mare iocundentur. et cuncti spirituales chori in celestibus gratulentur. In
euangelio uero christi resurrectio denunciatur. per quam humanum genus ad uitam
redisse declaratur. In qua se omnes credere clamant. dum credo in unum
deum consonant. Offertorium Terra tremuit terre motum in christi resurrec
tione factum nobis ad memoriam reducit. sicut scriptum est. Et ecce terre
motus factus est magnus. Illum autem terre motum prefigurat. quem in nostra resur
rectione scriptura futurum predicat. Adhuc inquit semel et ego
mouebo non solum terram. sed etiam celum. Porro in prefatione ille pascha
lis agnus cum angelis laudatur. per cuius immolationem fidelis
populus ab egyptiaca seruitute liberatur. ut ad patriam paradi
si liber reuertatur. In communione. gratias agit de sua saluati one.

De feria secunda.

Feria secunda baptizati
admonentur per spiritum intellectus. quanta dona eis contu
lerit christus. Introduxit uos dominus in terram fluentem lac et mel. hoc
est in ecclesiam nunc fluentem lacte doctrine. in futuro melle
eterne glorie. Qui in oratione precantur. ut libertatem et uitam eternam
consequantur. Quos mox lectio lectio instruit. quod per resurgentis
christi nomen remissionem peccatorum et uitam assequi possint. De qua spe
exultantes et graduale hec dies et alta in christi laude iubilant. Quibus

De fer. secda.